



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Vdalricvs Episc. 4. Iulij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

eræ pre-
nte (O.
is homi-
is ador-
coto orbe
, quando
æci sunt,
qui tam
que refe-
um edu-
tationis
us enim
minians
, Iulij.
e Italiæ
as. Ha-
sanctio-
Theo-
Magi-
. Ecc
captiv
initio ser-
pentibus
rotibus.
um, aje-
ijster de-
liberum
es fabu-
tionem.
angusti-
care.
eræ perambulabis ; denique si Lumen es, si Ma-
gister, pulchrius in tenebris lucebis , & DEVM è
vinculis laudabis. Ad hæc LANDFRANCVS tam cœ-
pit amare servitatem, ut amissus ex hac continuo
cœnobio se mancipaverit , utque in scholâ tam
sancta rectiùs proficeret , illiteratus videri volue-
rit. Sed Itali institores, quibus itet illâc erat , ape-
nuere, quâm doctæ merces sub rudi cucullo late-
rent. Itaque primò scholis, mox aceteriis , tum
etiam Cantuariensi Ecclesiæ præfectus , anno M.
LIX. nobilem hæreticum Berengarium , spectante
& applaudente Româ , devicit. Triumphum ta-
men illi mors in annum LXXXIX. distulit. Ex Ar-
naldo VVion.

Hujus vita dulcedinem relinquentes , jam nunc
de futuris seculis quotidie cogitando etiam in hoc
corpore prægustare conemur ; & exclusâ de sensibus
nostris secularium desideriorū amaritudine, quen-
dam beatitudinis saporem cordibus nostris attraha-
mus. B. Cæsar. hom. 26.

S. V D A L R I C V S E P I S C . 4. Iulij.

M Vltum ætas tenera nutricibus debet , quæ
lac dederunt ; plus illis, quæ pictatem instil-
lant. Ipse è cælo VDALRICVS adstipulabitur.
Hunc puerum VViborada sanctissima virgo levi-
culè fortè cinctum castiore de lino cingulo dona-
vit , jussitque primò liberioribus sermonibus nec
linguam daret nec autem ; tum , quos mundus so-
cios dicitat , hostes duceret ; mollem Cupidinem
cilicio absterreret , ejus flammis sub pectore gra-
fantibus , verbis Ecclesiæ in adiutorium DEVM
exciret , simul digito in focum immisso incendiis
in-

incendia opponeret; feminas denique, vel se feminâ auctore, fugeret. His monitis velut lacte virtus VDALRICI crevit ridentis irridentium coxorum turbam, qui cum ludibrio, sed sine menda-
cio, Sanctum jam tum clamabant. Sed graviota testimonia jam Pontifici cælum dedit, lè quo manus delapsa sacrificare cum VDALRICI manu-
vita. Fluvium nunc in perforatâ navâ, nunc sine illâ siccus trajecit. Contra Barbaros Augustam Vindelicorum obsidentes Ottoni Imp. presentâ suâ nobilem victoriam peperit: VIRGINIS Augu-
stanæ bona adversus rapaces manus tutatus com-
milites Cœlites habuit, qui variis pœnis in prædo-
nes pugnarunt. Multis aliis miraculis illustris, fol-
sus tamen est pœnas se Numini debere, quod suc-
cessorem sibi nepotem (ceterà dignum) legisset.
Proinde non nepotes, sed pauperes fecit heredes,
in quos moriens etiam supellectilem sparsit. Sed
nimisimum sic vasa colligunt Pontifices in cælum
migraturi. Ex vitâ.

*Quid tibi necesse est, in eâ versari domo, in qua
necessæ habes quotidie aut perire aut vincere? Quis
juxta viperam securos somnos traxit? que et si non
percussiat, certè solicitat. Securius est, perire non pos-
se, quam juxta periculum non perisse. S. Hier. Ep. 47.*

S. WILHELMVS ABB. 5. Iulij.

BOJARIC hic WILHELMVS debetur, ex qui
oriundus Monachum Ratisbonæ induit. Hic
omnibus omnino artibus excultus. Mathesia tam-
en præ cœteris coluit, quod multa atq; præclara
monumenta ipsius loquuntur literis consignata.
Eloquentie tantæ erat, ut sanctiorem Orpheum
diceret.